



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XI. De modo repugnandi vitij ac desiderij carnalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

Mat. 5. Christus Dominus ac Saluator noster iussit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecuentibus & calumniatibus vos: ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est. Rursus. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.



CAPVT XI.

De

De pugna contra carnem nostram,
eiusque prava desideria.

Contra hoc genus vitiorū,
dilecte fili, nouo quodam
& priori contrario modo tibi
pugnandum est. Sunt autem *Quid*
præcipuè ac singulariter tria *hic spe*
hîc spectanda. Primùm ea, *standū*
quæ has tentationes antece-
dunt. Deinde ipsæmet cū
insurgunt. Tertio ea quæ so-
pitis ijs obseruare oportet.

Antequam ergo huiusmo-
di carnales tentationes in te
exurgant, nunquam cum eis
pugnam suscipies: Causas ta-
men è quibus oriri solent, di-
ligenter vitabis & excindes.

*Occasi-
ones vi-
tandæ.*

De Es Id.

Idcirco omnem conuersationem, quæ cum aliqua occasione ad has tētationes cōiūcta est, fugias quantum poteris, tametsi tibi videatur leuissima. Non aspicias huiusmodi homines aut res alias lepidè, non salutabis eos amāter, neque manus eorum comprimēs: sed si quæ tibi cum aliqua tali persona tractāda sunt; ea grauitè, festinanterq; perages: nec diutius cum ea conuersaberis, quàm sola ac nuda necessitas postulat.

Posthæc etiam vitabis otium: semperq; teipsum cautè obseruabis, ne quid cogites
aut

aut facias, quod statum tuum
dedecet. Tertiò obediens eris
tuo Superiori in omnibus, ne
vnquam ei contradicas, sed
facias quæcunq; iusserit. Quar
tò nunquam temere iudicabis
proximum tuum de hoc vitio:
& licet eius peccatum adeò
manifestum sit; vt abs te non
possit excusari; tamen condo
lebis ei, omnemque iracundi
am & contemptum aduersum
eum cohibebis: eiusque la
plum in tuam potius vtilitatē
conuertes: videlicet teipsum
humiliando, contemnendo,
ac sub terram vsq; deprimen
do: & præ timore cōtremiscēs,

Rō. 14.

Deum ardentissimè ora pro
Gal. 6. custodia, ne & tu similiter tē-
 teris atque labaris.

Si enim tu alios iudicaueris
 contempserisque, Deus te pu-
 niet magno tuo malo: videli-
 cet permittendo, vt & tu in
 istud vitium prolabaris: inde-
 que discas tuam superbiam a-
 gnoscere, ac te humiliare: in-
 deque cures superbiam istam
 in te suppressere, & excidere.
 Nam si superbus sis & non la-
 baris, nō leuiter de salute tua
 dubitandum est.

Securi- Quintò ac vltimò attendas
tas ca- diligenter, si aliquando per
uenda. sensibilem gratiam in te, spiri-
 tua-

tualem aliquā consolationem
quæ fueris, obrinuerisq; ; ne in
ea tibi placeas: ne uē te inde
meliorē iudices: nec putes te
inimicos tuos deinceps non
superaturos; sed semp sollicit^o
esto & time. Beatus n. homo,
q̄ semper est pavid^o. Et q̄ se ex
istimat stare, videat ne cadat.

Pro. 28.

I. Cor.

10.

Alterum quod in hac pu-
gna contra carnalia vitia spe-
ctandum diximus, est diligens
observatio insurgentium ten-
tationum. Si ergo eas in te
senseris, confestim attende
quānam ex causa proueniant:
num ab rebus exterioribus, an
ab interioribus. In exteriori-

*Vt oc-
curren-
dum
carnal-
ibus tē-
tationi-
bus in-
surgē-
tibus.*

E 7 bus

110 CAP. VI. Pugna

bus numerantur conuersatio, colloquia, lectiones & studia, quæ ad huiusmodi tentationes irritant. Contra quæ omnia non est præsentius, vtiliusque remedium quàm eorum intermissio ac fuga. Cum his enim tentationibus non est suscipiendum prælium, sed longè fugiendæ sunt, ne mentem contaminent.

Interiores causæ existunt vel à corpore nostro, quòd nimis viuidum ac validum sit: vel à turpibus cogitationibus; quæ nūc à prauis moribus nostris, neglectaque sensuum custodia.

stodia; nunc à diabolo in nobis excitantur.

Causas quas corpus nostrū *Vt cor-*
 præbet ad carnis vitia, præci *pus no-*
 dere oportet Ieiunijs, cilicijs, *strum*
 vigilijs, castigationibus, alijsq; *regen-*
 medijs alperioribus; quatenus *dum.*
 vnicuique sua Ratio dictat, aut
 Superioris autoritas mandat
 vel indulget.

Contra cogitationes autē *Vt pel-*
 turpes non sunt media vtilio- *lende*
 ra, quàm Oratio sancta, me- *mala*
 ditationes piæ, labores atque *cogita-*
 negotiorum tractatio, quæ *tiones.*
 statum tuum deceant. Medi-
 tationes autem tuas nolim te
 instituere de ijs rebus, quas
 ple

De Meditationibus non aptis. plerique in suis spiritualibus libris præscribunt volentibus hæc vitia superare & excidere: nimirum vt initiò consideres carnalium vitiorum turpitudinem atque libidinem, quæ nunquam queat exatiari. Deinde grandẽ ignominiam atq; pericula, quæ cum ijsdem cõiuncta sunt. Tandem amissionem famæ, bonorum temporalium, fauoris ac benignitatis: Itemque diuinæ gratiæ in præfenti, & beatitudinis æternæ in vita futura.

Tametsi enim huiusmodi meditationes bonæ sint, non conferunt tamen ad horum vitio;

tiorum tentationes superan-
das. Nam cum omnium iudi-
cio, optimum statuatur cōtra
hæc vitia remedium, Fuga: id-
circo fugere oportet quicquid
vllam præbet turpibus cogi-
tationibus occasionem. At in
istis, quas dixi, meditationi-
bus, vt vt Intellectus se fati-
get pro his vitijs detestandis,
tamen cogitationes de ijsdem
interea infigit memoriæ; vt
vehementer timendum sit ne
labatur in aliquam earundem
del. ctationem.

Quamobrem insurgentib. *Qua*
tentationibus horum vitorū, *medita*
assume tibi potius meditatio- *tiones*
nes

114 CAP. XI. *Pugna*

nes de passione ac morte Domini nostri Iesu Christi. Et si tentationes ex te in his etiam meditationibus, contra voluntatem tuam infestent atq; perturbent: aut quomocunq; te contra easdem armaueris; nihilominus semper nouam tibi molestiam, deceptionemque intendent; (quod tibi pariter vt alijs facile poterit evenire;) nequaquam tamen pusillanimis eris, aut susceptas tuas bonas meditationes intermitteres: neque etiam cum istis te turbantibus cogitationibus vilo modo contendas: sed constanter pergas in medita.

115 **CAP. XI. Pugna**

ditionibus tuis, & volitan-
tes istas cogitationes turpes,
quasi ad te nihil pertineant,
relinquas atque exhibiles.

Et hoc quidem vnicum, o-
ptimumque remedium est, im-
puras istiusmodi cogitationes
superandi, quantumcumque
indefinenter te diuexent ac
obruant. Et caue ne vnquam
cum illis disputes an consen-
seris in eas, nec ne: quoniam
latet in hac quidam diabolicus
dolus, qui sub hac specie boni
cupit te illaqueare & inuol-
uere. Quod aliàs, vbi fueris
quietior, & hæ tentationes te
molestare cessauerint, cogno-
scere

scere poteris facile à patre tuo spirituali. Cogitationes tamē istiusmodi tuas non intermites tuo Confessario expressè confiteri: nec te eius pudeat. Nam ad hostes nostros superandos, valde necessaria nobis est humilitas.

*Oratio
vt faciēda.* Quod attinet sanctam Orationem; quæ pariter medium quoddam est contra hæc vitia carnalia, & alia; scire te oportet, fili mi, eleuationem mentis in Deum, esse utilissimam, semperque faciendam cum proposito orandi Deum pro victoria contra hos tuos hostes. Caueas verò, ne tentationes
ones

ones has, mentis tuæ cogitationibus coram Deo explices, quasi ostensurus ipsi quæ sit tērationum tuarum malitia & iniuria. Nam ex earum commemoratione, facilis in delectationem de ijsdem lapsus est.

De utilitate sacræ lectionis, *Vtilitas exteriorū laborū.*
studiorum, & quorumcumq; honestorum laborum contra hæc vitia; non est quod te prolixè admoneam. *Nilus in sent.*
Assiduè ait quidā, Psalmis incumbas: *D. Hieron. ad Rust.*
Deus enim nominatus, dæmones expellit. Et alius. *Ad Sal*
Amorē scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. *Ad Sal*
Semper in manibus tuis sit diuina

uina

uina lectio, ut omnes cogitationum sagittæ, quibus adolescentia percuti solet, huiusmodi clypeo repellantur. Rursus: Facito aliquid operis, ut te semper diabolus occupatum inueniat. Multam enim malitiam docuit otiositas. Et: cedit amor rebus, res age, tutus eris.

Ecc. 33.
Ouid.

Denique, cum tentationes carnales iam te deseruerint, nequaquam in animum induces tuum, deinceps te ab ijs fore liberum atque securum: sed continuè tui curam haberas, ne quid eorum, quæ tibi ad easdem tentationes occasionem

onem præbent, in animum tuum admittas; etiamsi tibi fortè videatur consultius cum iisdem mente pugnare, propter alicuius boni operis ac virtutis exercitium. Nam in tali persuasione latet doli corruptæ naturæ nostræ & laquei diaboli ad inuoluendum animum, & pelliciendum ad aliquam delectationem.



CAPVT XII.

De pugna contra Acediam, negligentiam, pigritiam.

Di-